nis ſyllogiſmus. ſit ei a in b per mediũ c, quoniam
igitur neceſſe eſt q̃ eſt c b affirmatiuam accipi ſyl‑
logiſmo facto: manifeſtum quod ſemper hæc eſt
vera nõ ei cõuertitur: ſed q̃ eſt a c falſa. hac ei con
uerſa ecõtrario fiet ſyllogiſmus. Similiter aũt ẽ et
ſi ex alia coordinatione accipiat̃ medium. vt d: ſi
& in toto a & de b ꝓdicatur omni. neceſſe eſt enim
[quæ quidem eſt d b] propoſitionem manere: alte
ram autem conuerti. Quare hæc quidem ſemper
vera: illa vero ſemper falſa & fere huiuſmodi de‑
ceptio, eadẽ eſt ei quæ ſit ꝑ proprium mediũ. 126.
¶ Si vero nõ ꝑ ꝓprium medium fiat ſyllogiſmus.
cũ quidem ſub a ſit medium, in b autem nullo eſt:
neceſſe ẽ vtraq; falſas eſſe. ſumendę ei ecõtrario
ſunt q̃ vt ſe habeant ꝓpoſitiones, ſi debeat ſyllo‑
giſmus eſſe. ſic aũt acceptis: vtręq; fiunt falſæ vt
ſi a quidem in toto d eſt, d autẽ in nullo b: cõuer‑
ſis ei iis, ſyllogiſmus erit, & propoſitiones vtręque
falſæ. 127. ¶ Cũ vero non ſit ſub a medium vt d, q̃
quidem eſt a d vera erit, q̃ vera eſt d b falſa, q̃ enim
eſt a d vera eſt, quia non erit in a, d: q̃ vero eſt d b
falſa, quia ſi eſſet vera & concluſio eſſet vera, ſed
falſa erat. 128. Sed per mediam figuram facta de‑
ceptione: vtraſq; quidem non contingit falſas eſſe
propoſitiones totas, cum enim ſit b quidem ſub a,
nihil contingit in hoc quidem omni, in illo autem
nullo eſſe. ſicut dictũ ẽ & prius ¶ Altera vero põt
eſſe falſa, & q̃cunq; contingit ſi enim c & in b & in
a eſt, ſi accipiatur in a quidem eſſe, in b vero nõ eſ‑
ſe. q̃ quidem a c vera erit. altera aũte falſa. ¶ Item

ſi in b accipiatur c eſſe:in a autem nullo eſt.q̃ quidem ē c b vera erit, altera autem falſa, ſi quidē igr̃ priuatiuus ſit deceptionis ſyllogiſmus dictum eſt qn̄,& p̄ quæ erit deceptio.129. ¶Si vero ſit affirmatiuus:tunc cum per propriū mediū,impoſſibile eſt vtraſq; eſſe falſas.neceſſe ē ei quę eſt c b manere:ſi quidē erit ſyllogiſmus ſicut dictū eſt & prius eſt quare c a ſemper erit falſa,hęc ei:cōuerſa ¶Similiter autem eſt & ſi ex alia ordinatione accipiatur medium:ſicut dictum eſt & in priuatiua deceptione,neceſſe ei eſt q̃ quidem eſt d b manere:q̃ vero eſt a d conuerti.& hæc deceptio eadem eſt priori.130. ¶Cum vero ſic non per propriū.ſi quidem ſit d ſub a hęc quidē erit vera,altera vero falſa.poteſt ei a in pluribus eſſe:quæ non ſunt ſub ſe inuicem. ¶Si vero nō ſit d ſub a,hęc quidē ſemp manifeſtum eſt qm̄ eſt falſa.affirmatiua enim accipiatur.qu[illegible]vero eſt d b: contingit & veram eſſe & falſam.nihil ei prohibet ā quidem in nullo d eē d aūt in omni b.vt aīal in ſcientia, ſcientia autem vt in muſica.neq; vtiq; a,in nullo d, neq; d in nullo b eſſe.manifeſtū igitur ē qm̄ cum non ſit mediū proprium:& vtrę poſſunt ſimul eſſe falſæ,& quæcunq; contingit.quot quidem igitur modis,& p̄ q̃ poſſunt fieri ſecundum ſyllogiſmum deceptiões. & in iJs quæ ſunt ſine medio,& ī iJs quæ ſunt per demonſtrationem:manifeſtum eſt.

¶Si ſenſus a natura deficit:& ſcientiam propriorum ſenſibilium illius deficere. Cap. XIIII.

MAnifeſtū eſt aūt:& ſi aliquis ſenſus defecerit neceſſe eſt aliquā ſciētiā deficere, quam im-

poſſibile eſt accipere ſi quidem diſcimus aut p in
ductionem aut per demõſtrationem eſt autem de
monſtratio ex vniuerſalibus: inductio autẽ ex iis
quæ ſũt particularia impoſſibile autem eſt vniuer
ſalia ſpeculari niſi p inductionẽ quoniã & quæ ex
abſtractione dicũtur eſt per inductionẽ nota face
re ſi quis vult nota facere quia ſũt in vnoquoq; ge
nere quædã & ſi nõ ſeparabilia ſint ſecũdũ quod
huiuſmodi vnumquodq; eſt Inducere autẽ nõ ha
bẽtes ſenſum. impoſſibile eſt ſingulariũ enim ſen
ſus eſt nõ eñi cõtingit accipere ipſorum ſcientiam
neq; enim eſt ex vniuerſalibus ſine inductione ne
q; per inductionem ſine ſenſu.

¶ Ex quot & qualibus cõſtat ſyllogiſmus & an ſur
ſum deorſumve fiat infinitum abitio. Cap XV.

Est autẽ omnis ſyllogiſmus per tres terminos
& quidem monſtrare poſſibilis eſt, quoniam
a eſt in c, propter id qd eſt in b & hoc in c. 133.
¶ Sed priuatiuus: eſt quidem alteram propoſitio
nẽ habẽs quoniam eſt aliquid aliud in alio, alterã
autẽ quoniã non eſt manifeſtum igitur eſt q princ
cipia & ſuppoſitiones dicta hęc ſunt, accipientem
ei hęc ſic; neceſſe eſt monſtrare. vt q a ſit in c per
b: iterũ autẽ q a ſit in b p aliud mediũ, & q b ſit
in c ſimiliter. 134 ¶ Scdm igit opinionẽ ſyllogizãti
bus, & ſolũ dialectice: manifeſtũ eſt q hoc ſolum
intendendũ, ſi ex quibus cõtingit maxime proba
bilibus fiat ſyllogiſmus. 135 ¶ Quare & ſi eſt aliqd
in veritate eorũ quę ſunt a b mediũ, videtur autẽ
nõ eſſe p hoc ſyllogizans ſyllogizat dialectice. 16
¶ Ad veritatẽ autẽ, ex iis quæ ſunt oportet intẽ

dere: habet autē ſe ſic.137 ¶ Quoniam autem eſt q ipſum quidē de alia prędicatur, non ſecundū accidēs. dico aūt ſecundum accidēs, vt albū aliqñ dicimus illud eſſe hominē: nō ſimiliter dicētes & hominē albū, cum ei nō ſit alterū, aliqd album eſt album, album autē eſt homo: quoniam accidit homini eſſe albū, ſunt igitur qdā huiuſmodi: quecūq; ſecundum ſe predicātur.138. ¶ Si igitur chuiuſmodi qd ipſum quidem non in alio ſit, in hoc autem b ſit primo, & nō per aliud medium. iterūe de d ſit, & ſimiliter & hoc in b, nunquid igit̄ hoc neceſſe eſt ſtare, an contingit in infinitum ire? 136. ¶ Et iterum ſi de a quidem nihil prædicatur per ſe a autē in f eſt primo, mediū autem in nullo priori & f in ❚ & hoc in b: nūquid & hoc ſtare neceſſe eſt? an & hic contingit in infinitū abire? Differt autem hoc a priori intantum, quoniam hoc quidem eſt nunqd cōtingit incepturum ❚❚ huiuſmodi qd in nullo eſt altero ſed aliud in illo, in ſurſum in infinitum abire: alterum autē incepturum ab huiuſmodi qd ipſum quidem de alio autem nihil prædicatur, in deorſum intendentem ſi contingit in infinitum ire.140 ¶ Amplius media nunquid cōtingit infinita eſſe determinatis terminis: dico autem vt ſi a in c ſit. medium ipſorum ſit b, ab ipſo autē b & ab a altera, ſed horum alia: nunqd & hęc in infinitum contingit abire. an impoſſibile eſt: eſt autē hoc quidem intendere idem & ſi demonſtrationes in infinitum veniunt, & ſi eſt demonſtratio omnis rei, an adinuicem concludantur. ¶ Similiter autem dico & in priuatiuis ſyllogiſ-

mis & ꝑpoſitionibus.vt ſi a nō ineſt b nulli,aut primo,aut eſt aliquid medium cui priori non ineſt a, vt ſi ſit g qđ omni b ineſt,& iterum hoc non etiam alij priori,vt ſi h eſt qđ ſit in omni b.& namq; ī his aut infinita ſunt in quib⁹ nō ē in prioribus,aut ſtatur.Sed in cōuertibilibus nō ſimiliter ſe habet.nō ei eſt in æque predicabilibus de quo primo prędicatur aut vltimo.omnia eiđ ad omnia ſic ſimiliter ſe habent ſiue ſunt infinita de ipſo ꝑdicata,ſiue vtraq; ſūt dubitata infinita:niſi ſimiliter cōuerti cōtigat ſed hoc qdē ſicut accidēs:illud vero ſicut ꝑdicatū

❡Determinatis extremis,ſummo imoq;:media non eſſe infinita. Cap.XVI.

142 QVoniam igr̄ media nō cōtingit infinita eſſe ſi in ſurſum & deorſum ſtēt ꝑdicata:manifeſtū eſt dico aūt ſurſum qdē qđ vniuerſale magis eſt.deorſum autē:quod ꝑticulare eſt.ſi ei a prædicante de c infinita ſunt media in quibus ē b:manifeſtū eſt ꝙ continget vtriq;,vt ab a in deorſum alterū de altero cōtingit ꝑdicari in infinitum anteꝗ eīn in c veniat infinita ſunt media:& ab c in ſurſum infinita,anteꝗ in a veniat,quare ſi hæc impoſſibilia ſunt:& ipſius a & c impoſſibile eſt infinita eē media.Neq; ei ſi aliquis dicat ꝙ hęc quidem ꝗ ſunt a b c contingentia ſunt adinuicem vt & nō ſint media,illa vero nō eſſe accipere:nihil differt. quodcunq; enim accipio eorum quæ ſunt b:erunt ad a aut c infinita media.an nō a quo iam prima ſint infinita ſiue ſtatim ſiue non ſtatim:nihil differt:quę enim ſunt poſt hęc:infinita ſunt.

❡Propoſitionis negatiuæ mediatę media qbus

euocer̃ ad immediatã:nõ eſſe infinita.Ca.XVII.

MAnifeſtũ aũt & in priuatiua demõſtratione qm̃ ſtatur:ſi quidem in prędicatiua ſtatur ĩ vtriſq;,ſit ei non contingens neq; in ſurſũ ab vltimo in infinitũ ire.dico autem in quo ſtatur quod ipſum quidem in alio nullo eſt:ſed in illo aliud vt c:neq; a primo in vltimũ.dico aũt primum, quod ipſum quidem de alio:ſed de illo nullum aliud dicitur.ſi igitur hæc erunt:manifeſtum q̄ & in negatione ſtabit̃. ¶Tripliciter aũt mõſtrat̃ nõ eſſe aut ei in quo quidem eſt c,b ineſt omni,ſed in quo eſt b nulli,ineſt a:ipſum igitur b c,& ſemp alterum ſpacium neceſſe eſt ire in immediata.prędicatiuũ enim eſt hoc ſpacium.ſed alterũ manifeſtũ eſt q̄ ſi in alio nõ eſt priori,vt in d:hoc indigebit in omni b eſſe.& ſi iterũ a in alio priore q̄ d non fuerit;illud indigebit in oĩ d eſſe.quare qm̃ i deorſum ſtat via:& quę in ſurſum ſtabit:& erit aliquid in quo primo non erit a. ¶Item ſi b quidem in omni a,in c autem nullo;a in c nullo erit.iterũ hoc ſi oporret monſtrare:manifeſtũ ẽ,q̄ aut p ſuperiorem modum ſurſum mõſtrabit̃,aũt p hunc,aut tertiũ primus qdem igitur dictus eſt:ſecundus autẽ demõſtrabitur.ſic aũt vtiq; mõſtrabit̃.vt q̄ d in b omni eſt;in c autem nullo.ſi neceſſe eſt aliquid eſſe in b,& iterũ ſi hoc in c nõ erit,aliud vero in d eſt quod in c.nõ eſt igr̃ quoniam eſſe ſemper ſuperiori ſtat ſtabit & nõ eſſe. ¶Terti⁹ autẽ modus eſt;ſi a b oĩ inſit,c vero in nullo b ſit,nõ in omni c,in quo eſt a iterum autem hoc per ſuperius dicta aũt ſimiliter demonſtrabitur illis igitur modis ſtatur.ſi vero

ſic eſt:iterū accipieŧ b in eſſe. in quo c nō in omni e, & hoc iterum ſimiliter: quoniā autē ſuppoſitum eſt ſtare & in deorium, manifeſtū eſt quod ſtabit & quod in c non eſt. 144 ¶ Manifeſtum autē eſt quoniā & ſi non vna via monſtreŧ ſed omnibus, aliquādo quidem ex prima figura, aliquando vero ex ſecunda, aut ex tertia: quoniā & ſic ſtabitur. finitæ enim ſunt viæ, finita autē finitę ſumpta plu ries: neceſſe eſt finiri omnia. Quod quidē igitur in priuatiōe ſi quidē & ineſſe ſtatur: manifeſtum eſt.

¶ Propoſitionis affirmatiuæ mediatæ media nō eſſe infinita. Cap. X VIII.

145 SEd ꝙ in illis qui quidē logice ſpeculantur, ſic manifeſtum fit, in iis quidem igitur quę quidē iieo qđ quid eſt prædicātur: manifeſtū eſt ſi eſt enim diffinire, aut ſi notū eſt quod quid erat eſſe: infinita autē nō eſt trāſire: neceſſe eſt finiri in eo qđ quid eſt p̄dicata. 146. ¶ Vniuerſaliter autē ſic dicimus, eſt eni vere dicere album ambulare, & magnum illud lignum eſſe. & iterum lignū magnum eſſe, & hominē ambulare ſed alterum eſt ſic dicere aut illo modo. cū enim album quidē eſſe dico lignū, tunc dico quod cui accidit album eſſe: lignum eſt: ſed non ꝙ ſubiectum ſigno, album ſit & nanq; neq; quod album eſt neq; quod quidem album aliquod eſt, factū lignū eſt, quare nō eſt aliter quā ſecundū accidēs, cum autē lignum album eſſe dico non quod aliquod alterum ſit album: illi autem accidit lignum eſſe. vt cum muſicum albū eſſe dico. tunc enim quoniam homo eſt albus cui accidit eſſe muſicū: dico. ſed lignū eſt ſubie&ū qđ

quidē & factum eſt, non cum alterum aliqd ſitq̄ quod quidē ſignū eſt, aut lignum aliquod. Si igit oportet nomina ponere, ſit ſic dicere prædicari ſed illo modo, aut nullo modo prædicari, aut prędicari quidem non ſimpliciter, ſed ſecundum accidens prędicatur. eſt autē tanq̄ album quidem qđ prędicatur, ſed ſicut lignū eſt de quo prædicatur. ſupponatur ergo p̄dicatū prędicari ſemp de quo prædicatur ſimpliciter, ſed nō ſcđm accidens, ſic ei demōſtrationes demonſtrat. quare in eo quod quid eſt, aut quoniam quale, aut quantū, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quando, cum vnum de vno prædicabit. Amplius ſubſtantiā quidē ſignificantia quod quidem illud eſt aut aliquod illud quidem, ſignificant de quo prædicantur. Quęcunq; vero non ſubſtantiā ſignificant ſed de aliquo ſubiecto dnr: quod non eſt, neq; quod illud eſt neq; quod quidē illud aliquid eſt accidētia ſunt. vt de homine album. Neq; enī eſt hō neq; qđ quidē album eſt, neq; qđ quidē album eſt aliquid, ſed animal forſan. quod quidę enim animal eſt. homo eſt. Quæcūq; vero nō ſubſtantiā ſignificant, oportet de aliquo ſubiecto p̄dicari & nō eſſe quid album, quod nō cum alterum aliqđ ſit albū eſt. Species ei valeant & genera, monſtra eni ſunt. & ſi ſint, nihil ad rationē ſunt. demōſtratiōes enim de huiuſmodi ſunt. Amplius ſi nō eſt hoc huius qualitas, & illud huius, neq; q̄litatis qualitas, impoſſibile eſt æque prędicari adinuicē ſic. ſed verum quidem contingit dicere ſic, æque autem vere prædicari non contingit. An ei ſicut

ſubſtantia p̄dicabitur,aut vt genus,aut vt differẽ-
tia p̄dicari? hęc aũt oſtenſa ſunt qm̄ non erunt in
finita,neq; in ſurſum neq; in deorſum.vt homo bi
pes,hoc animal,hoc autem alterum eſt.neq; aĩal
de homine,hoc aũt de Callia,hoc aũt de alio ĩ eo
quod quid eſt.ſubſtantiam eĩ omnem ẽ diffinire hu
iuſmodi infinita autem non eſt tranſire intelligẽ-
tem,quare neq; in ſurſum neque in deorſum infi-
nita ſunt.illam eĩ nõ ẽ diffinire;de qua infinita p̄-
dicantur.Si igitur genera adinuicem nõ ęqualiter
p̄dicantur erit eĩ ipſum,quod quidem ipſum ali-
quid eſt;neque tñ de qualitate aut aliorum nullo,
niſi ſcd̄m accidens p̄dicabitur. omnia enim hęc ac-
cidunt:& de ſubſtãtijs predicantur. ſed quoniam
neque in ſurſum infinita ſunt de vnoquoque enĩ
p̄dicat̃ qđ ſignificat,aut quantũ aliquid,aut qua-
le aliqđ,aut huiuſmodi q̃ ſunt in ſubſtãtia. hęc au
tem finita ſunt:& genera p̄dicamentorum finita.
aut eĩ quale,aut quãtũ,aut ad aliquid,aut facere
aut pati,aut vbi,aut qñ.ſuppoſitũ aũt eſt vnũ de
vno p̄dicari.ipſa autem de ipſis q̃cunque non ad
aliquid ſunt predicari non dicimus. accidentia eĩ
ſunt omnia.ſed hęc quidẽ ſcd̄m ſeipſa, alia vero
ſcd̄m alterum modũ.hęc aũt oĩa de ſubiecto quo-
dam predicari dicimus. accidens autem non eſſe
ſubiectũ aliquod nihil eĩ talium ponimus eſſe: nõ
ꝙ alterum aliquod eſſe dicitur;ſed ipſum de alijs.
& alia quidem de alio,neque in ſurſum ergo vnũ
de vno neque in deorſũ eſſe dicẽt de quibus enĩ di
cuntur accidẽtia,quęcũque in ſubſtantiã vniuſcu
iuſque ſunt, hęc aũt nõ ſunt infinita . ſed ſurſum

ipſa quoq; & accidentia vtraq; nõ infinita ſũt neceſſe eſt ergo eſſe aliquid de quo primũ prædicet̃ & de hoc aliud, & hoc ſtare, & eſſe aliqd quod nõ amplius, neq; de alio priori, neq; de illo aliud pri⁹ p̃dicetur. Vnus quidẽ igitur modus demõſtrationis, dicitur hic. 147 ¶ Adhuc aũt alius ſi de quib⁹ priora quædã prædicãtur eſt horũ demonſtratio, quorum autem eſt demõſtratio neq; potius habere poſſibile ẽ ad ipſa, quã ſcire. neq; ſcire ẽ ſine demonſtratione. ſi aũt hoc, p̃ hæc ſit notũ. hæc autẽ neſcimus, neq; melius habemus ad ipſa quam ſcire: neq; p̃ hæc notũ ſciemus. Si igitur eſt aliquid ſcire p̃ demõſtrationẽ ſimpliciter, & nõ ex aliquibus, neq; ex ſuppoſitione: neceſſarium eſt ſtare prædicationes mediorũ. ſi ei nõ ſteterint, ſed eſt ſẽp acceptio in ſuperius: oĩ erit demõſtratio quare ſi infinita nõ poſſibile ẽ ꝑtrãſire, quorũ ẽ demõſtratio. hæc nõ ſciemus p̃ demõſtrationẽ. ſi igit̃ neq; meli⁹ habemus ad ipſa q̃ ſcire: nõ erit ſcire p̃ demõſtrationẽ ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitiõe. Logice quidẽ igitur ex his vtiq; aliquis credat, de eo quod dictum eſt. 148 ¶ Analytice aũt manifeſtum eſt per hæc velocius: ꝙ neq; in ſurſum neq; in deorſũ infinita p̃dicata contingit eſſe in demõſtratiuis ſciẽtijs de q̃bus intentio ẽ. demõſtratio ei eſt ex his q̃cunq; ipſa quidẽ inſunt ſcd̃m ſeipſa rebus ſecũdũ ſeipſa vero dupliciter. quęcunque enim in illis inſunt in eo quod quid eſt, & in quibus ipſa in eo qd̃ quid eſt inſunt ipſis, vt in numero impar qd̃ ineſt quidem numero, eſt aũt ipſe numerus in ratione ipſi⁹: & iterũ multitudo aut diuiſibile. ĩ ratione nu-

meri.horum autem neutra contingit infinita eſſe, neq; vt impar numerſ iterum enim ſi impari aliud, inſit, cui inſerat exiſtenti hoc:ſi eſt primum numerus erit iis q̃ inſunt ipſi.ſi igitur non cõtingit finita huiuſmodi eſſe in vno:neque in ſurſum erunt infinita.at vero neceſſe eſt omnia ineſſe prio, vt numero: & in illis numerum, quare cõuertibilia erũt ſed nõ excedẽtia.¶Neque tamen quęcunq; ſunt in eo quod quid eſt, neque hęc infinita ſunt,neq; eĩ eſſet diffinire.quare ſi prędicata p ſe quidẽ omnia dicunt,hęc autem non infinita ſunt,ſtabunt vtiq; in ſurſum.quare & in deorſum. ſi autem ſic eſt,& quę ſunt in medio duorum terminorũ ſemper ſunt finita.149¶Si vero hoc eſt: manifeſtum iã eſt:& demõſtrationum quod neceſſe eſt principia eſſe,& non omniũ eſſe demonſtrationem, qđ quidẽ diximus quoſdam dicere iuxta principium ſi eĩ prĩcipia ſunt: non omnia ſunt demonſtrabilia,neque in infinitum poſſibile ire. eſſe eĩ horum quodlibet,nihil eſt aliud,quam eſſe nullum ſpacium ſine medio & indiuiſibile,ſed oĩa diuiſibilia. intus eĩ immittendo terminum,ſed nõ aſſumẽdo: demõſtratur qđ demõſtratur.quare ſi hoc in infinitum contingit ire,contingit vtiq; duorum terminorum infinita eſſe interius media ſed hoc impoſſibile eſt,ſi p̃dicatiões ſteterit ĩ ſupius & inferius q̃ aũt ſtẽt mõſtratũ ẽ logice prius,analytice vero nunc.¶Elementa monſtrandarum mediatarum non infinita eſſe. Cap.XIX.

150 MOnſtratis autẽ his,manifeſtũ eſt ſi aliquid idẽ inſit duobus vt a & in c & in d nõ prę

dicanre altero de altero, aut nullo modo, aut non
de omni: quod non ſemper ſecundum cõmune a-
liquid inerit: vt iſoſceli & ſcaleno: equales duobus
rectis habere ſecundum cõmune aliquid ineſt. ſe-
cundũ ei qđ figura quedã ſũt & non ſcđm alterũ
hoc autẽ nõn ſemp ſic ſe habet. ſit enim d ſecũdũ
quod a, in c & d, erit manifeſtũ igitur ꝙ b in c d ſe
cundum aliud cõmune eſt. & illud ſecundum alte
rum quare duorum terminorũ medij infiniti vtiq;
incidunt termini. ſed hoc eſt impoſſibile. ſecundũ
igitur aliqd cõmune ineſſe: nõ neceſſe eſt ſemper
idem pluribus, quoniã quidẽ erunt imediata ſpa-
cia. 151 ¶ In eodem tamẽ genere, & ex eiſdẽ atomis
neceſſe eſt terminos eſſe. ſiquidẽ iis q per ſe ſũt:
erit cõmune. nõ ei erat ex alio gñe in aliud genus
deſcẽdere que demõſtrant. 152 ¶ Manifeſtnm eſt
autẽ qm̃ & cũ a in b ſit, quidẽ eſt aliquid medium,
eſt demõſtrare ꝙ a in b ſit. & elemẽta huius ſunt
hec & tot, quot media ſunt. imediate eĩ ꝓpoſitio-
nes ſunt elemẽta, aut oẽs aut vniuerſales: ſi vero
nõ eſt mediũ, nõ amplius erit demõſtratio, ſed in
pricipia via eſt hæc. 153 ¶ Similiter autẽ erit & ſi a
in b nõ ſit. ſi qdẽ eĩ aut mediũ eſt, aut prius cui nõ
ĩeſt: erit demõſtratio. ſi vero nõ ſit mediũ: nõ eſt
demõſtratio, ſed pricipia & elemẽta ſũt tot, quot
ſũt termini, horũ eĩ ꝓpoẽs: pricipia demõſtratiõis
ſunt, & ſicut qdã pricipia ſũt idemõſtrabilia ꝙ ſit
hoc illud & ꝙ ſit hoc in illo: ſic ꝙ nõ erit hoc illd
neq; ꝙ ſit hoc i illo. 154 ¶ Quare hec qdẽ eſſe ali-
qd, alia nõ eſſe aliquid: erũt pricipia. 155 ¶ Cũ er-
go idigeat mõſtrare aliqd, accipiẽdũ qđ' de b pri-

mum prædicetur:ſit c,& de hoc ſimiliter a,& ſic ſẽ
per eunti nunq̃ extra,erit ꝓpoſitio,neq; ſi eſſe ip-
ſius a accipiat̃ vt demõſtret̃:ſed ſemp mediũ den
ſetur quouſq; indiuiſibilia fiant,& vnũ eſt aũt vnũ
cũ immediatũ fiat.& vna propoſitio ſimplex eſt
immediata:& quẽadmodum in alijs eſt principiũ
ſimplex.hoc aũt nõ idem vbiq; eſt ſed in graui qui
dem vncia,in melodia aũt dieſis,aliud autẽ i alio
ſic eſt in ſyllogiſmo ynum:ꝓpoſitio immediata.in
demõſtratione autẽ & ſcietia:intellectus.In oſtẽ-
ſiuis igit̃ ſyllogiſmis eius quod eſt:nihil cadit ex-
tra.156.¶ Sed i priuatiuis vbi quidem quod opor-
tet eſſe nihil cadit extra hoc vt ſi a in b ꝑ c nõ ineſt
ſi ei in b quidẽ omni,c:eſt autẽ a in nullo c.Iterum
ſi indigeat ꝙ in c,a nullo ſit.mediũ accipiendum
eſt ipſi⁹ a & c,& ſic ſemp ꝓcedet.Si vero indigeat
mõſtrare ꝙ d in e nõ ſit,eo quod eſt c in d quidẽ
omni,in e aũt nullo aut non in omni:e nunquã ex-
tra cadit.hoc autẽ eſt:cui non oportet ineſſe.In ter
tio autem modo:neq; a quo oportet neque quod
oportet priuari,nequaquam extra ibit.

¶ Quod demonſtratio vniuerſalis præſtantior ſit particulari. Cap.XX.

CVm aũt ſit ois demõſtratio,alia quidem vni
157 uerſalis alia vero pticularis.& hæc qdem ca
thegorica,illa vero priuatiua:dubitabit̃ qua
lis potior ſit:ſiĺiter aũt & de ea q̃ demonſtrare dici
tur:& deducẽti ad impoſſibile demõſtratione pri-
mum quidẽ igitur intẽdamus de vniuerſali.& par
ticulari.oſtẽdẽtes aũt hoc:& de ea quę demõſtra-
re dicitur,& quę eſt ad impoſſibile,dicemus . 158

¶Videbitur igitur fortaſſis vtiq; q̄buſdam ſic intēdentibus:q̄d pcrticularis eſt potior.ſi ei ſcd̄m quā magis ſcimus demonſtrationem: potior demonſtratio eſt.hęc ei virtus demonſtrationis:magis autem ſcimus vnū q̄dq; cum ipſum cognoſcimus ſecundum ipſum,q̄ ſecundū aliud.vt muſicum Coriſcum,qn̄ cognoſcemus ꝙ Coriſcus muſicus eſt: quā ꝙ homo muſicus ſit.ſimiliter autem & in aliis ſed vniuerſalis qm̄ aliud,nō qm̄ ipſum fortaſſe demonſtrat.vt qm̄ iſoſceles habet tres āgulos ęquales duobus rectis:non qm̄ iſoſceles ſed qm̄ triāgulus.ſed pticularis quoniā ipſum eſt.ſi igitur potior eſt quę eſt ſecundum ipſum,huiuſmodi autem eſt particularis:& vniuerſali magis,& potior vtiq; ſecundum partem demonſtratio erit.159.¶Ampli⁹ ſi vniuerſale quidem non eſt aliquid pręter ſingularia,demonſtratio autem opinionem cōficit eſſe aliquid hoc de quo demonſtrat,& quandam naturam eſſe hāc in iis quę ſunt:vt trianguli p̄ter quoſdam,&figuræ pręter quaſdā,& numeri p̄ter quoſdam numeros:potior autem eſt quæ eſt de eſſe q̄ de non eſſe,& propter quam non errabitur quam propter quam errabitur,eſt autem vniuerſalis huiuſmodi:ꝓcedentes enim demonſtrant,vniuerſale quēadmodū de eo quod eſt ꝓportionale vt ꝙ ſit tale:erit ꝓportionale:q̄d neq; linea,neq; numerus neq; ſolidū,neq; planū ē,ſed p̄ter hæc aliqd: ſi igitur vniuerſalis magis hęc eſt & de eo quidē quod eſt minus,vniuerſalis q̄ particularis, & facit opinionem falſam:indignior vtiq; erit vniuerſalis particulari.160. ¶Et primum quidem nihil ma-

gis in vniuerſali quā in particulari altera ratio eſt. ſi ei q̄ duobus rectis ineſt nō eſt ſcd̄m q̄ eſt iſoſceles, ſed ſcd̄m q̄ triā̄gulus eſt: cognoſcēsq̄m iſoſceles habet tres in quātū ipm̄ eſt: & minus cognouit q̄ cognoſcēs q̄m triā̄gulus eſt, & oīno ſi nō quidē ſcd̄m q̄ ſit triā̄gulus, & poſtea mōſtrat: nō erit vtiq; demōſtratio. ſi vero ſit cognoſcēs vnū̄qd̄q; ſecundū q̄ vnū̄qd̄q; eſt: magis cognouit ſi igiť triangulus in plus eſt, & eadē ratio & nō ſcd̄m æquocatioem triā̄gulus eſt, & ineſt oī triā̄gulo qd̄ eſt duobus rectis ęquales habēs: nō vtiq; eſt triā̄gulus inq̄tū iſoſceles, ſed iſoſceles ſcd̄m qd̄ triā̄gulus huiuſmodi habet tres angulos. quare vniuerſaliter ſciēs magis cognouit ſcd̄m qd̄ eſt: quā particulariter potior eſt ergo vniuerſalis q̄ p̄ticularis. 161.

¶ Amplius ſi quidē ſit qdā ratio vna & nō equiuocatio: vniuerſale erit vtiq; nil minus ſcd̄m parte qbuſdā, ſed magis eſt quāto icorruptibiliora ſūt illis. que vero ſcd̄m partę ſunt corruptibilia magis. Amplius nec vna neceſſitas eſt opinari aliquid eſſe hoc p̄ter hęc: quoniā oſtendūt vnū nihil magis quā in alijs quęcunq; nō aliquid ſignificant, ſed aut quale, aut ad aliquid aut agere. ſi ergo: nō demonſtratio cauſa eſt, ſed audies. 162. ¶ Amplius ſi demōſtratio eſt ſyllogiſmus demōſtratiuus qui ſit cauſę & p̄pter qd̄: vniuerſale magis cauſa. cui ei per ſe ineſt aliquid; hoc idē ipſi cauſa eſt. vniuerſale aūt primū. cauſa ergo vniuerſale eſt, quare & demōſtratio dignior eſt. magis ei cauſę eſt vniuerſale, & eius qd̄ p̄pter qd eſt. 163 ¶ Amplius vſq; adhoc q̄rimus p̄pter qd. et ei tūc opinamur

ſcire,cū nō ſit aliquid aliud quā hoc aut quod fiat aut quod ſit.finis enim & terminus vltimus: iā ſic eſt.vt cuius cauſa venit? vt accipiat argentū. hoc autē eſt quatenus reddat cui debuit. hoc autē vt nō iniuſte agat & ſic procedētes cū nō ſit amplius propter quid:nec alterius cauſa:propter hoc ſicut ꝓpter finem dicimus venire, & eſſe & fieri.& tūc eſt ſcire maxime propter quid venit.ſi igitur ſe habet ſimiliter & in omnibns cauſis & quę ſunt propter quid,in iis autē quęcunq; ſic ſunt cauſe ſicut q̄ eſt cuius cauſa ſic ſcimus maxime: & in aliis igiť tunc maxīe ſcimus, cū nō amplius ſit hoc qm̄ alid eſt cū igiť cognoſcimus quidē, ꝙ quatuor qui extra ſunt, æquales ſunt, quoniā iſoſceles:adhuc deeſt ꝓpter quid iſoſceles? quia triangulus. & hoc quia eſt figura rectis lineis contenta.ſi aūt hoc nō amplius ꝓpter quid alid,tūc maxime ſcimus, vniuerſale eſt aūt tūc ,vniuerſalis igitur potior, 154.

¶ Amplius quātocunq; vtiq; magis ſcd̄m partes eſt: in infinita cadit vniuerſale autē in ſimplex & in finē: ſunt autem ſcd̄m ꝙ infinita non ſcibilia, ſed ſcd̄m ꝙ finita ſcibilia ſunt, ſcd̄m vtiq; ꝙ vniuerſalia magis ſcibilia ſunt,ſcd̄m q̄ quę ſunt ſcd̄m partē demonſtrabilia . ergo magis vniuerſalia de magis demōſtrabilib⁹ autē:magis eſt demōſtratio ſimul ei magis ad aliqd ſunt.dignior igiť vniuerſalis eſt qm̄ quidem & magis demōſtratio eſt. 165.

¶ Amplius ſi magis eligeda eſt ſcd̄m quā hoc & alid q̄ ſcd̄m quā hoc ſolū cognouit: vniuerſale autē hn̄s,cognouit pticulare: hoc aūt vniuerſale nō ſciuit, qre & ſic vtiq; magis eligēda erit vniuerſalis

166. Amplius aūt & ſic.vniuerſale ei magis ſcire ē eo quod eſt ꝑ medium demonſtrare cum propriꝰ ſit pricipio:proxime autem immediatum eſt,hoc autem eſt principium.ſi igitur quę ex principio eſt ea quæ non ex principio:quæ magis ex principio ea q̄ minus eſt,certior eſt demonſtratio.eſt autem huiuſmodi vniuerſalis magis:dignior vtiq; erit vniuerſalis.vt ſi oportet monſtrare a de d,media aūt ſint in quibus eſt b c,magis autem ſurſum ſit b q̄ c.quare ſi per b magis eſt vniuerſalis ſed eorum q̄ dicta ſunt:quędam logica ſūt 167. ¶Maxime autem manifeſtum eſt ꝙ vniuerſalis magis pręcipua ſit:quoniam propoſitionum quidem hanc priorē habentes,ſcimus quodā modo & poſteriorem, & habemus potentia.vt ſi aliquis cognouerit ꝙ oīs triangulus habeat tres duobus rectis ęq̄les,ſciuit quodā modo & ꝙ iſoſceles duobus rectis potētia ſit.& ſi nō cognouit iſoſcelē ꝙ triāgulus ſit.hac aūt habēs ꝓpoſitionē,nullo modo vniuerſale cognouit,neq; potentia neq; actu.168. ¶Et vniuerſalis quidem intelligibilis eſt: ſed particularis in ſenſu perficitur,ꝙ igitur vniuerſalis dignior ſit particulari,tot nobis dicta ſint.

¶Quod demonſtratio affirmatiua p̄ſtantior euadat negatiua. Cap.XXI.

169 QVod autē mōſtratiua ſit dignior priuatiua, hīc manifeſtū eſt,ſit ei hęc demōſtratio dignior,alijs eiſdē exiſtētibꝰ,aut ex minoribus q̄ſtionibꝰ,aut ſuppoſitionibꝰ:aut ꝓpoſitionibus.ſi ei notę ſūt ſimiliter,velocius cognoſcere ꝑ hęc erit.hoc aūt appetibiliꝰ eſt:rō aūt ꝓpoſitionis

ꝙ melior ſit ex minoribus: vniuerſaliter eſt ſic ſi em̄
cõtingit ſimiliter cognita eſſe media,priora autē no
tiora ſunt.ſit aũt per media demõſtratio eorũ q̃ ſunt
b c d ꝙ a in e ſit altera aũt demonſtratio ꝙ a in d ſit
per b c ſimiliter igitur ſe habet hoc ꝙ a in d ſit. & ꝙ
a in e ſit,ſed ꝙ a in d ſit prius eſt , & cognoſcibilius:
q̃ ꝙ a in e per hoc em̄ illud demõſtratur.credibilius
autē eſt per quod ¶ Et quæ per pauciora demõſtra
tio:potior,aliis eiſdem exiſtētibus. vtraq; quidē per
terminos tres & poſitiones duas monſtrant:ſed hęc
quidē eſſe aliquid accipit,illa vero & eſſe & non eſſe
aliquid per plura itaq; quare indignior eſt. ¶ Am-
plius quoniam oſtenſum eſt impoſſibile per vtranq;
priuatiuarum propoſitionum fieri ſyllogiſmum.ſed
oportere quidem huiuſmodi eſſe vnam,aliam vero
quoniam eſt. ¶ Amplius præter hoc oportet & hoc
accipere. prædicatiuas enim augmentata demõſtra
tione neceſſe eſt fieri plures priuatiuas autē ipoſſi
bile plures vna in omni ſyllogiſmo eſſe. ſit enim in
nullo eſſe a in quibus eſt b,in c aũt omi,ſit b, ſi igitur
opus eſt rurſus augere vtraſq; propoſitiones, medi-
um iniiciendum eſt,huius quidē a b ſit d:ſed b c ſit
e. e igitut manifeſtum eſt prædicatiuum eſſe, ſed d
de b quidē prædicatiuum:a autē de d tanquã priua
tiuũ ponitur.d enim dē omni b:ſed a oportet in nul
lo d eſſe ſit ergo vna priuata propoſitio. idem au-
tem modus eſt & in aliis ſyllogiſmis: ſemper enim
medium prędicatiuorũ terminorum: prædicatiuum
in vtraque eſt.ſed priuatiui in a altera priuatiuũ ne-
ceſſe eſt eſſe,quare hæc vna huiuſmodi ſit propoſi-
tio aliæ vero prædicatiue. ¶ Si igitur notius eſt per

quod demõſtratur. & credibilus.demonſtratur autẽ priuatiua quidem per prędicatiuã,hęc autem per illam non demonſtratur, prior ergo & notior & credibilior cum ſit melior itaq; erit. ¶ Amplius ſi principium ſyllogiſmi propoſitio vniuerſalis ſit immediata.eſt autem vt in demõſtratiuã prędicatiua in priuatiua autem,negatiua propoſitio vniuerſalis,affirmatiua autem negatiua prior & notior] per affirmatiuã enim negatiue nota] & prior affirmatiua eſt ſicut eſſe prius eſt non eſſe. Quare potius eſt principium monſtratiuę q̃ priuatiuę.dignioribus autem principijs vtitur dignior. ¶ Adhuc principalior eſt,ſine enim monſtratiua nõ eſt priuatiua. Quod quidem prędicatiua,priuatiua dignior ſit,manifeſtum eſt.

¶ Demonſtratiouem oſtenſiuam potiorem eſſe ea quę ducit ad incommodum.

Cap. XXII.

ET ad impoſſibilete ducẽte, oportet autẽ ſcire quę differẽtia ſit ipſarum.ſi igitur a in nullo b, in c autẽ omni, b,neceſſe eſt in nullo c eſſe a, ſic igitur acceptis, oſtẽſiua priuatiua erit demõſtratio quoniã a in c non erit.quę vero eſt ad impoſſibile ſic ſe habet, ſi opus eſt demõſtrare q̃ a in b nõ ſit. accipiẽdũ eſt a eſſe in b.& b in c:quare accidit a in c eſſe,hoc autẽ ſit notũ & cõceſſum q̃ ipſum eſt impoſſibile eſſe.non igitur poſſibile eſt a in b eſſe ſi ergo b in c cõceſſum eſt ineſſe, a in b impoſſibile eſt eſſe.termini igitur ſimiliter ordinantur. Differt autem quo, qualis ſit notior priuatiua propoſitio vtrum igitur quia a,b non ineſt,an quia a,c:cum igitur eſt concluſio potior quoniam non eſt, quod eſt impoſſibile ſit,

demonſtratio,cum autem in ſyllogiſmo ſit demonſtratiua eſt.Natura autem prior eſt quę eſt ꝙ a in b non ſit quam a in c non ſit priora enim concluſione ſunt ex quibus eſt concluſio.eſt autem quę eſt a in c non eſſe concluſio,a autem in b ex quibus eſt concluſio. ¶Non enim ſi contingit remoueri aliquid, hoc concluſio eſt,illa autem ex quibus ſunt,ſed hoc quidem ex quo ſyllogiſmus eſt, vtiq; ſic ſe habet: ut aut ſicut totum ad partem,aut vt pars ad totum ſe habet,ſed quę ſunt a c & a b propoſitiones, non ſic ſe habent adinuicem. ¶Si igitur ex dignioribus & credibilioribus dignior eſt ſunt autem vtreq; ex non eſſe aliquid.credibiles.ſed hęc quidem ex priori,illa vero ex poſteriori potior vtiq; quæ ſimpliciter erit ea quæ eſt ad impoſſibile,priuatiua demõſtratio ,quare ex hac dignior prędicatiua,manifeſtum eſt ergo ꝙ ea quæ eſt ad impoſſibile potior eſt.

¶Quę ſcientia certior,quæ vna quę altera & eiuſdē plures eſſe poſſe demõſtrationes.

Certior autem eſt ſciētia,ſcientia,& prior,quę ipſius quia & propter quid eadem eſt quā nō extra eā quę eſt propter quid .Et quæ nō eſt de ſubiecto,ea quæ eſt de ſubiecto .Vt arithmetica harmonica.Et quæ eſt ex minoribus ,ea quæ ex appoſitione:vt arithmetica,geometria.dico autem ex additione.vt vnitas ſubſtātia eſt ſine poſitione.punctum autem ſubſtantia poſita.hoc autem ex appoſitione.172 ¶Vna autē ſcientia eſt quæ eſt vnius generis,quæcunq; ex primis cōponitur,& partes ſunt, aut paſſiōes horū quæ ſunt per ſe.173 ¶Altera aūt

ſciẽtia eſt ab altera, quarũcũq; principia neq; eiſdẽ neq; ex alteris ſunt. Huius autẽ eſt ſignũ cũ indemõſtrabilia veniãt oportet em̃ in eodẽ genere eſſe cum iis quę demõſtrantur. ſignũ autẽ eſt & huius cũ demonſtrabilia per ipſa in eodẽ genere ſũt & proxima

174 ❡Plures autẽ demõſtrationes eiuſdẽ poſſibile eſt eſſe. nõ ſolũ ex eodẽ ordine accipiẽti nõ cõtinuũ mediũ: vt eorũ quę ſunt a b: c & d & e: ſed & ex altero. vt ſit tranſmutari. in quo autem d moueri: ſed letari ſit in quo b, & iterum e quieſcere. verũ igitur eſt & d de b & a de prędicari letans enim mouetur: & quod mouetur tranſmutatur. iterũ a de e. & e de b verũ prædicari omnis em̃ letans quieſcit, & quieſcẽs tranmutatur. quare per altera media & non ex eodẽ ordine ſyllogiſmꝰ eſt: nõ tamẽ eſt neutrum de neutro dici mediorũ neceſſe eſt em̃ eidem alicui vtraq; ineſſe, intendere autem eſt per alias figuras, quot modis contingit eiuſdem fieri ſyllogiſmum.

❡Non eſſe ſcientiam fortuitorum neq; in ſenſuum functione. Cap. XXIIII.

SEd eiꝰ qđ eſt a fortuna nõ eſt ſciẽtia ꝑ demõſtra
175 tionẽ, Neq; em̃ ſicut neceſſariũ neq; ſicut frequẽter qđ eſt a fortuna: ſed extra hoc fit ſed demõſtratio alterius horũ Oĩs enim ſyllogiſmus aut ꝑ neceſſarias. aut per eas quæ ſunt tanq̃ frequẽter propoſitiones. & ſi quidem poſitiones neceſſarie ſunt, & cõcluſio erit neceſſaria. ſi vero ſint ſicut frequẽter & cõcluſio huiuſmodi. quare ſi id quod eſt a fortuna, neque eſt ſicut frequẽter neque neceſſariũ neq; vtiq; erit ipſius demõſtratio. 176 ❡Neque per ſenſum eſt ſcire. ſi enim eſt ſenſus talis huius. & non huiꝰ ali

cui⁹:ſed ſentire hoc aliquid eſt neceſſe & vbi & nũc vniuerſale aũt quod eſt in oĩbus, impoſſibile eſt ſentire neq; enim hoc aliquid eſt neq; nũc ne ꝑ vbi, neq; em̃ vtiq; eſſet vniuerſale quod em̃ ſemper eſt & vbiq;:vniuerſale dicimus eſſe.quoniã igitur demonſtrationes vniuerſales ſunt:hæc ante nõ eſt ſentire, manifeſtũ eſt ꝙ neq; ſcire per ſenſum eſt.¶Sed manifeſtũ quoniã ſi eſſet ſẽtire triãgulũ ꝙ duob⁹ rectis haberet æquales angulos:quereremus vtiq; demenſtrationẽ & nõ ſicut quidã fatẽtur,ſcirem⁹,Sẽtire em̃ neceſſe eſt ſingulariter:ſciẽtia aũt eſt incognoſcẽdo vniuerſale.177.¶Vnde & ſi ſup lunã eſſemus & viderem⁹ obiectã terrã,nõ vtiq; ſcirem⁹ cauſam defectus.ſentirem⁹ em̃ qm̃ deficeret,ſed nõ ꝑpter quid omnino.nõ em̃ vniuerſalis,ſenſus,Sed excõſiderare hoc multotiẽs accidere vniuerſalevenãtes,demõſtrationẽ habem⁹.ex ſingularibus enim plurib⁹, vniuerſale manifeſtũ eſt.178 ¶Vniuerſale autẽ honorabile eſt.quoniã oſtẽdit cauſã.quare de huiuſmodi vniuerſalis honorabilior eſt ſenſibus & cognitione quorũcũq; altera cauſa eſt. ſed de primis alia ratio eſt.179 ¶Manifeſtũ igitur eſt ꝙ impoſſibile ſit ſentiendo ſcire aliquid demõſtratorũ:niſi aliquis dicat ſẽtire,ſciẽtiã habere per demõſtrationẽ.180 ¶Sunt tamẽ quædã reducta ad ſenſus defectũ i propoſitis quedã em̃ ſi videremus nõ vtiq; quereremusSed nõ tanq̃ ſcientes in vidẽdo:ſed tanq̃ habẽtes vniuerſale ex eo ꝙ videmus.vt ſi vitrũ foratũ viderem⁹ & lumẽ pertrãſiens:manifeſtũ vtiq; erit & ꝑpter quid illumiat,ꝑpter id ꝙ viderems quidẽ ſeorſũ in vno. quoq;.intelligere autẽ ſimul eſt:qm̃ in oĩb⁹ ſic eſt.

❡Nō oim ſyllogiſmorū eadē pricipia eẽ poſſe. 25.

EAdem autem eſſe pricipia omniū ſyllogiſmorum impoſſibile eſt, primū quidem logice ſpeculantibus. hi enim veri ſunt ſyllogiſmi, alij autem falſi. Et ſi enim ſit verum ex falſis ſyllogizare ſed ſemel hoc fit vt ſi a de c verum ſit, medium autem b, falſum, neq; enim a in b: neq; b in c ſed ſi harum media accipiamtur propoſitionū. falſe erūt: ex eo q̧ ois concluſio falſa ex falſis eſt vera autem ex veris altera autē ſunt vera & falſa. ❡Poſtea neq; falſa ex eiſdem ſnnt eſt enim falſa ad inuicē & cōtraria & impoſſibilia ſimul eſſe vt iuſticiam eſſe iniuſticiam aut timorē audaciam aut hominē equum aut bouē aut æquale, maius & minus ❡Ex oppoſitis autem ſic eſt. ❡neq; eni verorū eadē principia omniū ſunt: altera ei multorū genere principia ſunt & neque cōueniūt. vt vnitates pūctis nō cōueniūt hee nō habēt poſitionem, illa autē habent ❡Neceſſe autē eſt aut inmedia cōuenire autē in ſuſū aut deorſū aut hos interius habere illos autē exterius terminorū ❡Sed neq; cōmuniū pricipiorū ponūt eſſe aliqua ex quib⁹ oiā demonſtrabūtur dico autē comunia vt omne affirmare aut negare genera em̄ eorū que ſunt altera ſunt, & alia quidem iquātitatibus alia vero iqualitatibus ſūt ſolū cū quibus demōſtratur per cōmunia ❡Amplius principia nō multo minora ſū cōcluſionibus principia em̄ ꝑpoſiones ſūt ꝑpoſitiōes autē aſſumpti termini, aut iſmiſſi termini ſūt ❡Adhuc cōcluſiones ſunt infinite termini aut finiti. ❡Amplius principia hæc quidē ex neceſſitate, illa cōtingētia ❡Sic igitur cōſiderātibus ī poſſibile eſt eadē principa eſſe, aut fini-

ta:cũ infinitæ ſint cõcluſiões. ¶Si vero aliter quodã modo dicat quis ꝙ hęc quidẽ geometriæ, illa verò numerorũ, illa aũt medicinæ: quid vtique erit aliud quod dicitur niſi ꝙ ſunt principia ſciẽtiarũ diuerſa: ſed eadẽ dicere deriſio eſt: qm̃ eadẽ eiſdẽ eadẽ erũt omia nãq; ſic fiũt eadem. ¶At vero neque qđ eſt ex omnib⁹ demõſtrare quodlibet: eſt quęrere omniũ eſſe eadẽ principia. multũ eni inſipiens eſt. neque ei i manifeſtis doctrinis hoc fit. neque i reſolutiõe hoc ẽ poſſibile. immediate eni ꝓpoſitiones ſunt principia altera aũt cõcluſio fit accepta ꝓpoſitione immediata. ¶Si autẽ dicat aliquis primas immediatas ꝓpoſitiones eadẽ eſſe pricipia: vna i vnoquoque genere eſt. ¶Si vero neque ex oĩbus vt op⁹ eſt demõſtrari cõtingit quodlibet, neque ſic ex alterotãq̃ erũt vniuſcuiuſque ſcientiæ alterã: reliquitur ꝙ ꝓxima ſint pricipia oĩm. & ex his quidẽ hęc. ex illis aũt illa. manifeſtũ aũt & hoc ẽ qm̃ cõtigit mõſtratũ eſt eni ꝙ altera pricipia genere ſunt differentiũ genere. principia enim duplicia ſunt: ex quibus, & circa quod. ex quibus quidem igitur, cõmunia ſunt. quæ aũt ſunt circa quod: propria ſunt, vt numerus, magnitudo.

¶Quod ſcientia & ſcibile, ab opinatione & opinabili diſcrepent. Cap. XXVI.

Scibile aũt & ſciẽtia differũt ab opinabili & opiniõe: qm̃ ſcientia vniuerſalis & pernecceſſaria ẽ. neceſſariũ aũt nõ contingit aliter ſe habere. ſũt aũt quædã vera quæ cõtingit aliter ſe habere. manifeſtũ eſt igitur ꝙ circa hæc. ſcientia nõ eſt. eſſent eni vtique ipoſſibilia aliter ſe habere. at verò neque itellectus. dico eni intellectũ pricipiũ eſſe ſciẽtiæ neque

ſcientia indemõſtrabilis.hæc autẽ eſt acceptio imediat pꝑoſitionis.verus eñi ẽ intellectus & ſciẽtia & opinio:& qđ per hæc dicitur Quare relinquitur opinionẽ eſſe circa verũ quidẽ aut falſũ:contingẽs autẽ eſt & aliter ſe habere.183 ¶Hoc autem eſt acceptio immediatæ pꝑoſitiõis & nõ neceſſariæ.¶Certũ aũt eſt ſic apparẽ tib⁹,opinio ei inſertũ eſt,& natura huiuſmodi eſt ¶Adhuc autẽ null⁹ arbitratur opinari cũ opinet impoſſibile aliter ſe habere: ſed ſcire. ſed quãdo eſſe quidẽ ſic,ſed tamẽ aliter:nihil ꝓhibet & tũc opinari tanq̃ huiuſmodi quidẽ opinionẽ eſſe:neceſſariã autẽ ſcientiã. 184. ¶Quomodo eſt igitur nõ idem opinari & ſcire? & quare nõ erit opinio ſciẽtia,ſi quis poſuerit omẽ quod ſit cõtingere opinari? cõſequetur ei hic quidẽ ſciens: ille vero opinãs per media,quouſq; ad imediata veniat. quare ſi ille qui dem ſciuit,& opinãs ſciuit. ſicut ei & quia opinari, & ꝓpter quid; hoc autẽ mediũ eſt.185 ¶An ſi quis ſ arbitrabitur nõ cõtingẽtia aliter ſe habere,ſicut ſe habent diffinitiones per quas ſũt demõſtratiões:nõ opinabitur ſed ſciet.ſi autẽ vera quidẽ eſſe,nõ tamẽ hęc ipſis ĩ eſſe ſecũdũ ſubſtãtiã & ſecũdũ ſpeciẽ:opinabitur,& nõ ſciet vere.& quia & ꝓpter quid ſi quidem per immediata opinabitur.ſi vero non per immedia opinabitur,ſolum ipſum quia opinabitur.

186 ¶Eiuſdẽ aũt opinio & ſciẽtia nõ penu⁹ eſt. ſed ſicut vera & falſa eiuſdẽ quodã modo eſt. ſic & ſciẽtia & opinio eiuſdẽ. & opinionẽ eĩ verã & falſam(ſicut dicũt quidã,eiuſdẽ eſſe, incõueniẽtia accidunt, ꝗ ppetere aliaq;,& non opinari quæ opinantur falſe 187 ¶Qm̃ autẽ idẽ multipliciter dicitur:eſt antẽ ſi

cut cõtingit,eſt aũt vt nõ.cõmẽſuratã eẽ diametrũ eſſe vere,opinari incõueniẽs eſt,ſed ꝙ diameter,circa quã ſunt opiniões,idẽ:ſic eiuſdẽ eſt. ſed qđ quid erat eſſe,vnicuiq;ſecũdũ rationẽ nõ eſt idẽ.ſimiliter aũt& ſciẽtia & opinio eiuſdẽ eſt.hec eẽ ſic aialis eſt ꝙ nõ eſt cõtingere nõ eſſe aial.ſed illa quidẽ quę eſt cõtingere.vt ſi hæc quidẽ qđ hominis quidẽ eſt:illa vero hominis quidẽ.nõ autẽ qđ quidẽ hominis eſt. idẽ eẽ eſt:quia hõ.hoc autẽ ſicut nõ idẽ.188 ¶Manifeſtũ autẽ ex his eſt ꝙ neq; opinari ſimul idẽ & ſcire cõtingit.ſimul enim haberet vtiq; opinionẽ aliter habẽdi:& nõ aliter idẽ.qđ quidẽ no cõtingit. in alio enim vnũquodq; eſſe cõtingit eiuſdẽ:ſicut dictũ eſt ſed ĩ eodẽ nihil ſic poteſt eſſe.haberet eni opinionẽ ſimul vt ꝙ homo eſſet ſecũdũ quod eſt aial.hoc enĩ fuerit non cõtingere eſſe nõ aial.& nõ ſecũdũ quod animal:hoc enim ſicut cõtingere.Reliqua autẽ quo modo oportet diſtribuere in rationẽ & intellectũ,& ſciẽtiã.& artem,& prudentiã,& ſapientiã: hæc quidã phyſicæ eſt.illa vero ethicæ ſpeculatiõis magis

¶De ſolertia. Cap.XXVII.

SOlertia aũt eſt ſubtilitas qdã in nõ perpecto tẽpore medij.Vt ſi aliqs vidẽs ꝙ luna ſplẽdorẽ ſẽper habet ad ſolẽ:ſtatim intellexit ꝓpter qd hoc ſit,quia ꝓpter id ꝙ illuſtrať a ſole.aut diſputãtẽ cũ diuite:cognouit qm̃ cõmodatũ eſt.aut ꝓpter id ꝙ amici ſunt:qa inimici eiuſdẽ ſũt.oẽs ei cauſas medias vidẽs,cognouit & vltima ſplẽdidũ eſſe ad ſolẽ:ſit in quo a.lucere a ſole,b.luna,c.ineſt igitur lunę qdẽ ip ſic b:qđ qdẽ eſt lucere a ſole.ipſi aũt b,a: qđ eſt ad hoc eſſe ſplẽdidũ:a quo ſplẽdet.qre& ipi c,ieſt a p b

QVærimus autem cum quærimus quia eſt,aut ſi eſt,ſimpliciter:vtrum ſit medium ipſius aut nõ.cum autem cognoſcentes aut quia eſt aut ſi eſt, aut in parte aut ſimpliciter,iterũ propter quid quærimus aut quid eſt:& tũc quęrimus quid ſit medium.Dico autem quia eſt aut ſi eſt:aut in parte aut ſimpliciter.in parte quidem: vt vtrum deficit luna aut augetur.ſi enim eſt aliquid aut nõ eſt aliquid,in huiuſmodi quęrimus.ſimpliciter aũt. ſi eſt aut non eſt luna aut nox Contingit itaque in omnibus quæſtionibus querere aut ſi eſt medium aut quid eſt medium. ¶ Cauſa enim eſt medium in omnibus autem hæc queritur vt vtrum deficit luna vtrũ. eſt aliqua cauſa aut nõ .poſt hec ſcientes quia eſt aliquã quid igitur hæc ſit querimus Cauſa enim ipſius eſſe non hoc aut hoc ſed ſimpliciter ſubſtantiam aut nõ ſimpliciter ſed aliquid eorum que ſunt per ſe aut ſecundum accidens:medium eſt Dico autem ſimpliciter quidem ſubiectum vt lunam aut terram aut ſolem aut triangulum quid autem eſſe defectum equalitatem aut inæqualitatem:ſi in medio ſit aut non.In omnibus enim his manifeſtum eſt q idem ſit quod quid eſt & propter quid:eſt. Vt quid eſt defectus: priuatio luminis a luna terræ obiectu. ppter quid eſt defectus.aut propter quid deficit luna ,propter defectum luminis obiecta terra Quid eſt conſonantia ratio numerorum in acuto & graui .& ppter quid cõſonat acutũ graui ,propter id quod rationẽ habet numerorũ & graue & acutum,vtrum eſt cõſonare acutũ & graue, vtrũ ſit in numeris ratio eorum, accipiẽtes aũt quia eſt:quid igitur eſt ratio quærimus.

¶Quod autē ſit medij qnæſtio,oſtenditur quādo cunq; mediū eſt ſenſibile.quęrim⁹ enim nō ſentientes,vt de defectu ſi eſt. ſi vero eſſem⁹ ſuper lunam: non vtiq; quærerem⁹ neq; ſi ſit neq; ꝓpter quid ſit, ſed ſimul manifeſtū vtiq; eſſet vtrūq;. ex eo enim ꝙ ſentimus. & vninerſale factū eſt nobis notū, ſenſus enim quod nūc obijcitur,& manifeſtū eſt ꝙ nūc deficit,ex his autē vniuerſale vtiq; factū eſt, ſicut igitur diximus,ꝙ quid eſt ſcire idem eſt & ꝓpter quid eſt. hoc autem aut eſt ſimpliciter & nō,eorū quę inſunt aliquid eſt,aut quę inſunt.vt quoniā duo recti ſunt aut quoniā maius aut minus eſt.Quod igitur omnia quę quęruntur medij quęſtio ſint,manifeſtum eſt.

¶Diſceptatio ꝙ demōſtratio & difinitio non eiuſdem ſint. cap.III.

QVomodo autē quod quid eſt demōſtratur & quis modus introductionis,& quid eſt diffinitio,& quorū,dicemus:primū opponētes de ipſis.Principiū autē ſit futurorū:quod quidē ſit maxime propriū habitis rationibus. ¶Dubitabit autem aliquis:vtrū ſit idem & ſecūdū idem diffinitione ſcire & demōſtratiōe ſcire,aut ſit impoſſibile.Diffinitio enim ipſus quod quid eſt eſſe videtur; quod autem quid eſt,omne uniuerſale & prædicatiuū eſt. ſyllagiſmi autem ſunt,alij quidē priuatiui, alij vero non vniuerſales:ſicut in ſecunda figura priuatiui omnes ſunt,in tertia vero nō uniuerſales. ¶Poſtea neq; eorum quæ ſun t in prima figura prędicatiuorū omniū eſt difinitio. vt quoniā omnis triāgulus duobus rectis habet æquales . ¶Huius autē ratio eſt: quoniā ſcire demōſtrabile, eſt demōſtrationē habere. q̄re ſi

